Infrascriptus ad exigentiam Magistratualis erga reladvolutam
gremialis Judaei Israelis Herczegh hic domi ex-
tra Vallatum Domum emendi, et fornicem mer-
cantilem erigendi facultatem sibi concedi suppli-
cantis Instantiam sub 28a Martij a.c. N. Proto-
colli Politici 244. intervenientes Determinationis
Opinionem meam depromturus humillime
censeo Supplicantis petito - si, et in quantum
Expositionem illam, quod jam Pater ejus ante
Quadraginta fere abhinc annos sollicitato pro-
nunc per eum Jure ipsa gavisus fuerit, in
sua realitate fundari Amplissimo Magistratui
notum est - habita etiam attentione in Instan-
tia ejus adductorum motivorum Ratione ad sen-
sum articuli 38. 1790/91 deferri posse. Zombo-
rini Die 4a Maij 1821.

Paulus Fratrichevics Tlibatis [illegible]
Civitatis ord: Fiscalis mp

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ИАS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Praes. die 7. May 821.

P.

No: 351

Opinio

Fisci Magistratualis Lib. Reg. Ci-
vitatis Zomboriensis erga reso-
lutam Jemialis Judaei Israe-
lis Herzogh hic loci extra Val-
latum Domum emendi, et forni-
cem Mercantilem erigendi fa-
cultatem sibi concedi suppli-
cantis Instantiam depromta.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Nrus 306. 821.

Amplissime Magistratus!

Ante quadraginta fere adhuc annos Pater meus ingremiationem consequendo facultatem domum in Gremio Cittis sibi comparandi et fornicem erigendi obtinuit; ac revera in domo ubi Actu D. Consulis Basilii Athanatzkovits constituit, fornicem mercantilem erexit, et mercaturam longa Annorum Serie continuavit ego juribus patris mei insistens, cum prolibus copiosioribus provisus essem, et easdem intertenere debeam, ad Ampliss. Magtum Supplex confugio humillime exorando, quatenus mihi facultatem domum extra vallatum in Gremio Cittis hujus comparandi et fornicem erigendi Gratiose concedere dignetur, [illegible] quod vi legis in statu quo relicti ad mentem [illegible] Ex. Consilii Ordinum jus Patrimonii [illegible] fit, quod item fratri meo Laurentio facultas concessa sit domum emendi, adeoque quoad jura minime disparissim quod tandem cessante fornice Mercantili Jacobo Stefaniano, actualis status fornicum non augeatur sed in suo esse permaneat. Quorum ductu dum iterum iterumque gravis in merito supplicarem omni cum Venerationis cultu persevero. Ampliss. Magistratus humill. Servus Israel Hertzeg Judaeus Quaestor Gremialis.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ИАС ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E–mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

244. B.

Cum Fisco Magistratuali f[ini]mi profsan, ad desuper declaratio[n]is communicari. In Senatu Zombor die 28a Marty 821 celeb.

Extradatum per Joannem Lippay juratum Ordinarium Notarium

ad N[ume]ro 351. B.B.

821

Ad

Amplissimum Liberæ Regiæq[ue] Civitatis Zomboriensis Magistratum

ad N[ume]rum 306.

821.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Israel Hertzer Judaus quaestor Germaniæ Facultatem hic loci Domum emendi et fornicem Mercantilem errigendi sibi concedi Supplicat.